



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Quæ sint partes prudentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

in sensibus non solum propter naturalem dispositionem quieratis motibus passionum sensibilibus, sed etiam propter experientiam longi temporis.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam in brutis animalibus sunt determinatae viae perueniendi ad finem. Vnde videmus, quod omnia animalia eiusdem speciei similiter operantur: sed hoc non potest esse in homine propter rationem eius, quae, cum sit cognoscitiva vniuersalium, ad infinita singularia se extendit.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum prudentia possit amitti per obliuionem.

1.2. q. 53. ar. 1. cor. Ervert. q. 18. art. 7. ad 6.

Lib. 1. c. 1. & 2. tom. 5.

1.1. c. 1. non loqe a prin. tom. 3.

Lib. 6. c. 5 in fine, tom. 5.

Art. 8. huius quest.

Lib. 6. ca. 5. a medio, to. 5.

In corp. art. & 1.2. q. 53. ar. 1.

Ar. 3. huius quest.

AD DECIMUMSEXTVM sic proceditur. Vnde quod prudentia possit amitti per obliuionem. Scientia enim cum sit necessariorum, est certior quam prudentia, quae est contingentium operabilium; sed scientia amittitur per obliuionem; ergo multo magis prudentia. ¶ 2 Præ. Sicut Philosophus dicit in 2. Ethic. Virtus ex eisdem generatur, & corrumpitur contrario modo factis: sed ad generationem prudentiae necessarium est experimentum, quod fit ex multis memorijs, ut dicitur in prin. Metaphisica. ergo cum obliuio memoriae opponatur, videtur quod prudentia per obliuionem possit amitti. ¶ 3 Præ. Prudentia non est sine cognitione vniuersalium: sed vniuersalia cognitio potest per obliuionem amitti: ergo & prudentia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 6. Ethic. quod obliuio est artis, & non prudentiae.

RESPON. Dicendum, quod obliuio respicit cognitionem tantum, & ideo per obliuionem potest aliquis arte totaliter perdere, & similiter scientiam, quae in ratione consistit: sed prudentia non consistit in sola cognitione, sed et in appetitu: quia, ut dictum est, principalis eius actus est praecipere, quod est applicare cognitionem habitam ad appetendum, & operandum. Et ideo prudentia non directe tollitur per obliuionem, sed magis corrumpitur per passiones. Dicit enim Philosophus in 6. Ethic. quod delectabile, & triste peruerit affectum etiam prudentes. Obliuio tantum potest impedire prudentiam, in quantum procedit ad praecipendum ex aliqua cognitione, quae per obliuionem tolli potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod scientia est in sola ratione, vnde de ea est alia ratio, ut supra dictum est.

AD SECVDVM dicendum, quod experimentum prudentiae non acquiritur ex sola memoria, sed ex exercitio recte praecipendi.

AD TERTIVM dicendum, quod prudentia principaliter consistit non in cognitione vniuersalium, sed in applicatione ad opera, ut dictum est: & ideo obliuio vniuersalis cognitionis non corrumpit id, quod est principale in prudentia, sed aliquod impedimentum ei affert, ut dictum est.

¶ Super questionem quadragesimam octauam.

IN q. 48. unico contexta articulo occurrit scribendum aliud, quam ut partes quasi integrales prudentiae ita figantur in animo, & exercitatione firmantur in operibus, initium sumendo a docilitate,

QV AESTIO XLVIII.

De partibus prudentiae, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus prudentiae. ET CIRCA hoc quaeruntur octo.

¶ Primo, Quae sint partes prudentiae. ¶ Secundo, De partibus quasi inte-

gralibus eius.

¶ Tertio, De partibus subiectiuis eius.

¶ Quarto, De partibus potentialibus eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter assignentur tres partes prudentiae.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur conuenienter assignentur tres partes prudentiae. n. in 2. Rhetorica, ponit tres partes prudentiae, scilicet memoriam, intelligentiam, & prudentiam. Aristoteles autem in 6. Ethic. dicit ad prudentiam pertinere docilitatem, & prudentiam, & prudentiam de eorum officio, & intellectu. Quidam autem alius dicit, quod ad prudentiam decem pertinentia solertia, prouidentia, regnativa, militaria, nomica, dialectica, rhetorica, physica, & uel una assignatio sit superflua, nec necessaria. ¶ 2 Præ. Prudentia diuiditur contra politica, oeconomica, dialectica, & mathematica, & quaedam scientiae. non ergo sunt partes prudentiae.

¶ 3 Præ. Partes non excedunt totum intellectum, vel intelligentiam, rationem, & ideo non solum pertinent ad prudentiam, ad omnes habitus cognoscitiosos, ergo ponuntur partes prudentiae.

¶ 4 Præ. Sicut consilium, & iudicium sunt actus rationis practicae, ita etiam praehabitus est. sicut ergo eubolia, & prudentiae, quae pertinent ad consilium, & iudicium, quae pertinent ad iudicium: nec in aliquid pertinent ad uim.

¶ 5 Præ. Solutio ad prudentiam per se supra dictum est: ergo etiam in parte prudentiae solitudo poni debet.

RESPON. Dicendum, quod partes prudentiae, ut paries, & tectum, & fundam. partes domus: subiectiua, sicut boe, & animalis: & potentialis, sicut numerus, & sunt partes animae. Tribus ergo modis assignantur partes alicuius uirtutis. Vno modo, scilicet in parte integralium, ut in illa virtute uirtutis alicuius, quae necesse est esse perfectum actum uirtutis illius. Et hoc modo meritis possunt accipi octo partes prudentiae, quas enumerat Macrobius, quibus addit prima, scilicet memoria, quam ponit Aristoteles, siue solertia, quam ponit Aristoteles, & prudentiae, etiam intellectus dicitur. Vnde in 6. Ethic. Horum ergo oportet habere partem esse intellectus: quorum octo partes prudentiam secundum id, quod est cognitio, memoria, & intellectus, & docilitas, & alia pertinent ad eam secundum quod est operatio, applicando cognitionem ad opera, circumspectio, & cautio, quorum tres partes patet ex hoc, quod circa cognitionem quaerenda. Primo quidem ipsa cognitio, & memoria, est memoria: si autem praehabitus, & cognitio, siue necessarium, & cognitio, siue intelligentia. Secundo ipsa cognitio

tio, que fit uel per disciplinam, & ad hoc pertinet do-
 cilitas: uel per inuentionem, & ad hoc pertinet eusto-
 chia, que est bona coniecturatio: huius autem pars,
 ut dicitur in 6. Ethic. est solertia, que est uera conie-
 cturatio medijs, ut dicitur in 1. Posterior. Tertio, confi-
 derandus est usus cognitionis, secundum. Quod ex co-
 gnitis aliquibus procedit ad alia cognoscenda, uel in-
 dicanda, & hoc pertinet ad rationem. Ratio autem ad
 hoc, qd recte præcipiat, tria debet habere. Primo quidem,
 ut ordinet aliquid accomodum ad finem, & hoc
 pertinet ad prouidentiam. Secundo, ut attendat circum-
 stantias negotij, quod pertinet ad circumspectionem.
 Tertio, ut uitet impedimenta, qd pertinet ad cautionem.

Partes autem subiectiuæ uirtutis dicuntur species
 eiusdem diuersæ: & hoc modo partes prudentiæ, sicut
 quod proprie sumuntur, sunt prudentia, per quam
 aliquis regit seipsum: & prudentia, per quam aliquis
 regit multitudinem, quæ differunt specie, ut dictum
 est. Et iterum prudentia, quæ est multitudinis regiti-
 ua, diuiditur secundum diuersas species multitudi-
 nis. Est. n. quedam multitudo adunata ad aliquod
 speciale negotium, sicut exercitus congregatur ad pu-
 gnandum, cuius regula est prudentia militaris. Quæ
 dam uero multitudo est adunata ad totam uitam, si-
 cut multitudo unius domus, uel familiæ, cuius re-
 gula est prudentia œconomica. Et etiam multitudo
 unius ciuitatis, uel regni, cuius quidem regula dire-
 ctiva est in principe regnatiua: in subditis autem po-
 litica simpliciter dicta. Si uero prudentia sumatur lar-
 ge, secundum quod includit etiam scientiam specu-
 latiuam, ut supra dictum est, tunc etiam partes eius
 ponuntur dialectica, rhetorica, & physica, secundum
 tres modos procedendi in scientijs, quorum unus
 est per demonstrationem ad scientiã causandã, quod
 pertinet ad physicã, ut sub physica intelligatur om-
 nes scientiæ demonstratiuæ. Alius modus est ex p-
 robabilius ad opinionem faciendam, quod pertinet ad
 dialecticam. Tertius modus est ex quibusdam conie-
 cturis ad suspicionem inducendam, uel ad aliquam
 partem ad eundem, quod pertinet ad rhetoricam. Potest
 tamen dici, qd hæc tria pertinent ad prudentiam etiã
 proprie dictam, quæ ratiocinatur interdum quidem
 ex necessarijs, interdum ex probabilibus, interdum
 autem ex quibusdam coniecturis. Partes autem po-
 tentiales alicuius uirtutis dicuntur uirtutes adiutrix,
 quæ ordinatur ad aliquos secundarios actus, uel ma-
 terias, quã non habentes totam potentiam princi-
 palis uirtutis. Et secundum hoc ponuntur partes pru-
 dentiæ cubilia, quæ est circa consilium: & synesis, qd
 est circa iudicium eorum, in quibus oportet quan-
 doque a communi lege recedere. Prudentia uero est
 circa principalem actum, qui est præcipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd diuersæ assigna-
 tiones differunt, secundum quod diuersa genera par-
 tium ponuntur, uel secundum quod sub una parte
 notus assignationis includitur multa partes alterius
 assignationis. Sicut Tullius sub prouidentia includit
 cautionem, & circumspectionem: sub intelligentia au-
 tem rationem, docilitatem, & solertiam.

AD SECVDVM dicendum, quod œconomica, &
 politica nõ accipiuntur hic secundum qd sunt sciẽ-
 tiæ, sed secundum quod sunt prudentiæ quædã. De
 alijs autem tribus patet responsio ex dictis.

AD TERTIVM dicendum, quod omnia illa ponun-
 tur partes prudentiæ non secundum suam commu-
 nitatem, sed secundum quod se habent ad ea, quæ p-
 tinent ad prudentiam.

AD QVARTVM dicendum, qd recte scipere, & rone
 uti, sic comitatur: ga ad preceptum rationis sequi-

atur obedientia inferiorum uirtutum; quæ pertinent
 ad uirtutem. **AD QVINTVM** dicendum, quod sollicitudo
 includitur in ratione prouidentie.

QVAESTIO XLIX.

De singulis prudentie partibus quasi in-
 tegralibus, in octo articulis diuisa.

IN quæst. 49. art. 1.
 ad secundum, nota
 quod tertium docu-
 mentum a quarto in
 hoc differt, quod ter-
 tium refert sollicitu-
 dinem ineditatium
 ad simulacra: quartum
 autem, ad res ipsas
 memorandas.

- INDE** considerandũ est
 de singulis prudentiæ par-
 tibus quasi integralibus.
 Et circa hoc quarti-
 tur octo.
- ¶ Primo, De memoria.
 - ¶ Secundo, De intellectu, uel intelligentia.
 - ¶ Tertio, De docilitate.
 - ¶ Quarto, De solertia.
 - ¶ Quinto, De ratione.
 - ¶ Sexto, De prouidentia.
 - ¶ Septimo, De circumspectione.
 - ¶ Octauo, De cautione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum memoria sit pars prudentie.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur qd me-
 moria non sit pars prudentiæ. Memoria enim ut
 dicitur Philoso. est in parte anime sensitua: pruden-
 tia autem in ratiocinatiua, ut patet in 7. Ethic. ergo
 memoria non est pars prudentiæ.

¶ 2. Præ. Prudentia per exercitiũ acquiritur, & per-
 ficitur: sed memoria inest nobis a natura: ergo me-
 moria non est pars prudentiæ.

¶ 3. Præ. Memoria est preteritorum, prudentia au-
 tem futurorum operabilium, de quibus est consi-
 lium, ut dicitur in 6. Ethic. ergo memoria non est
 pars prudentie.

SED CONTRA est, quod Tullius in 2. Rhetorica
 ponit memoriam inter partes prudentiæ.

RESPON. Dicendum, quod prudentia est circa
 contingentia operabilia, sicut dictum est. In his autem
 non potest homo dirigi per ea, quæ sunt simpliciter, &
 ex necessitate uera, sed ex his, qd ut in pluribus acci-
 dunt. Oportet. n. principia cõclusionib⁹ esse propor-
 tionata, & ex talib⁹ talia cõcludere, ut dicitur in 6. Ethic.
 Quid autem ut in pluribus sit uerũ, oportet per expe-
 rimentum considerare. Vnde & in 2. Ethico. Philo-
 dicit, qd uirtus intellectualis habet generationem, &
 augmentum ex experimento, & tẽpore. Experimen-
 tum autem est ex pluribus memorijs, ut patet in 1. 7.
 Meta. Vnde consequens est, qd ad prudentiam requi-
 ritur plurium memoriam habere: unde conuenien-
 ter memoria ponitur pars prudentie.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut di-
 ctum est, prudentia applicat uniuersalem cog-
 nitionem ad particularia, quorũ est sensus: unde mul-
 ta, quæ pertinent ad partem sensitiuam, requiruntur
 ad prudentiam, inter quæ est memoria.

AD SECVDVM dicendum, qd sicut prudentia aptitu-
 dine quidẽ hẽt ex natura, sed eius complementũ est
 ex exercitio, uel gratia: ita etiam ut Tullius dicit in
 sua Rhetorica, memoria nõ solũ a natura perficitur,
 sed etiam habet plurimũ artis, & industriæ. Et sunt
 quatuor, p quæ homo proficit in bene memorãdo,
 quorum primum est, ut eorum quæ uult memorari,
 qualdã similitudines assumat conuenientes, nec ta-

supra. q. 48.
 cor. & 3. dif.
 33. q. 1. ar. 1.
 q. 1.
 in lib. de me-
 moria, ca. 1.
 tom. 2.
 li. 6. c. 5. non
 procul a fi-
 ne, tom. 5.

lib. 6. c. 2. &
 7. simul. to. 5.

li. 2. de Inue-
 nione in fol.
 4. ante fl. lib.
 q. 47. ar. 2. &
 4.

li. 6. ex c. 7.
 uideatur ha-
 beri.
 li. 2. Ethic. in
 prin. li. to. 5.

li. 1. c. 1. non
 longe a prin-
 tom. 3.

q. 47. ar. 3. &
 7.

li. 3. ad He-
 rennũ in 4.
 folijs ante fi-
 nem libri.